

ET MENSURIS.

non satis in hoc Plinium probent. Sed ipse  
 uix mihi persuadere possum, ut existimem  
 in re tam seria Plinium nō fuisse diligentissi-  
 mum, quoties enim de mensura nō agitur:  
 sed de uasculi forma, parum refert, si pro  
 Xeste, qui Sextarius est, argenteum Cya-  
 thum dicat, aut pro Coryledone, qui Hemi-  
 næ capax est, acetabulum, qui Oxibaphus  
 est, scribat, quoniā tunc de forma uasis, non  
 de mensura tractatur. Sed ubi de his medi-  
 camentis agitur, quæ ex minima adiectiōe,  
 diminutione ue salutem uel mortem affe-  
 runt, quis credat tanti iudicii hominem nō  
 fuisse oculatissimum? Et hæc de maioribus  
 mensuris, ponderibus ue sufficiant, mino-  
 res paucioribus attingendę sunt. Ponduscu-  
 lum minimum est lentis semen, cuius duo  
 granulum tritici conficiunt: granulo huius-  
 modi paulo amplior est Chalcus, de quo su-  
 pra dixi. Granula quatuor Ceration, id est,  
 Siliquam pendunt: est & Græcis Therme,  
 itemq; Paroxis pro leuissimo pondere, sex  
 uidelicet granulorum: tres Siliquæ Obo-  
 lum constituunt, Oboli duo Gramma, id  
 est, Scrupulum: Oboli tres Coclear, Rhem-  
 nio Palæmoni & Isidoro, licet interpretes Ni-  
 candri quatuor dicat, quandoq; et nouem:  
 sed tunc de Cumulato forte intelligit, cuius

*pondus  
Medic  
y.*

Lentis  
 semen.  
 Granu-  
 lum.  
 Ceratiō.  
 Siliqua.  
 Therme  
 Paroxis  
 Obolus  
 Grāma.  
 Scrupu-  
 lum.  
 Coclear

B